



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Nicolavs Stravrophorvs. 2. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. NICOLAUS STAVROPHORVS.

2. Iunij.

Altius in animum NICOLAUS verba CHRISTI
demisit, quàm nos passim solemus. Vix enim
illa audierat, quibus ad fortiter ferendam Crucem
mortales extimulat, cum ilicò melioris fortunæ,
si quisquam alius, sibi ipse faber crucem ingentem
paravit, & cum hac in annum CHRISTI M.
LXXXVIII. in Italiam venit. Ibi exalceatus, &
pannis oblitus pueros cogere; dux his ad tem-
plum esse; solemnâ, quibus misericordiam Nu-
minis provocamus, verba præire; ante solis occa-
sum nihil in victum admittere; sed & tunc non
nisi pane cibario famem, & undâ sitim domare;
à precibus iatereâ numquam desistere; Crucem,
quam nos ultrò abjicimus, nunquam deponere.
Visum est hoc genus vitæ loci Antititi primò in-
solens: sed re meliùs inspectâ, laudavit viri stu-
dium, & ad mensam insuper suam perquam libe-
raliter invitavit. At NICOLAUS febrî correptus, ad
signa sua prætextatum agmen convocavit, mo-
riensque, inter faustas apprecationes, Crucem illi
suam testamento legavit, magnam tam parvulis,
& opulentam oppidò, fræstimare notunt, hære-
ditatem. Ex Pet. de Natalib.

*Auctor pietatis in Cruce pendens testamentum
condidit: Apostolis persecutionem, Iudais corpus,
Patri Spiritum, Virgini Paranympum, Latroni
Paradisum, peccatori infernum, Christianis
Crucem commendavit. S. Ambros. serm. de
Pass.*